



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX**

Dominica Sexta Post Pentecosten.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

DOMINICA SEXTA  
POST PENTECOSTEN.

## Partitio.

1. De diuina misericordia precellentia.
2. De prouidentia Dei seruatoris omnium.
3. De triduo sequela Religiosorum.
4. De triduana populi sustentia.
5. De Christi beneficentia.
6. De misericordia.
7. De diffidentia Apostolorum & Zeloturbæ.

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo  
sustinent me. Marc. 8.

## FIGVRA.

Postquam magnus ille Deus Hebræorum  
populum Aegypto eduxisset, inq; vastam  
solitudinem perduxisset, non prius manna  
cælestis illis pluit, quam farina quam secum  
asportauerant, defecisset: at quam primum  
panis ille secundarius defecit, cælestem illis,  
subito angelorum ministerio, non sine mira-  
culo, parauit. Idem omnino in hoc Euan-  
gelio cernere licet: Turbæ siquidem, qua-  
tuor hominum millibus constantes, post-  
quam relictis domibus Christum secutæ es-  
sent per deserta & montana, non nisi tertia  
post die, qua commeatus, quem sportaue-  
runt, defecit, à Christo mirabiliter refectæ  
sunt. Vult quippe Deus, prius mundi prou-  
isionem deficere, quam prouidentia eos suæ  
mensa reficiat: quæ quamprimum ut esse de-  
fuit, conuiuia illis parat, miracula producit,  
tanto eas splendore ac magnificentia exci-  
piens, ut septem fragmentorum cophini, ô  
miraculum! superfluerint. hunc apparatus  
ut vobis hodie in cathedræ mensa appare-  
mus, Spiritum sanctum, ut gratia nobis sua  
opituletur, & gloriosam virginem Deipa-  
ram, quæ patrocinetur, inuocemus, idcirco  
vno eam salutemus animo, dicentes

## AUE MARIA.

I. Ea omnium Scholasticorum est ac fuit

semper opinio, Auditores, inter diuina  
attributa, quamuis omnia ex essentia & na-  
tura iure æqualia sint infinite, & æqualiter  
infinita, & vnum aliud dignitate non ex-  
cellat, effectorum tamen & operum extero-  
rum respectu habito, misericordiam & beni-  
gnitatem principem sibi non immerito lo-  
cum occupare, ac ceteris antecellere. In-  
nituntur autem potissimum opinioni & ver-  
bis magni illius doctoris, vatis, ac regis Da-  
uid, in Psalmis canentis, *suauis Dominus uni-  
uersis; & miserationes eius super omnia opera  
eius.* Id est, Quatuor sunt, in diuinitatis se-  
pto & ut ita dicam ambitu attributa genera-  
lia, potentia, sapientia, misericordia & iusti-  
tia, quæ in quantum Deo essentialia sunt,  
æqualia quoque sunt penitus ac paria: sed  
in redemptionis opere misericordia præ  
ceteris enituit, & caput extulit altius, *ma-  
ius enim, ex Augustini mente, opus fuit, ge-  
nerare humanum iustificare quam mundum  
create.*

Duplicem loci illius Psalmistæ sensum  
nota. Genebrardus primum, *miserationes ei-  
us super omnia opera eius*, id est, *erga omnia opa-  
ra sua misericordiam exerceat*, ipsa siquidem po-  
tentiam semper comitatur, sapientiam dirigit,  
nec iustitiam vnquam deserit. Viuit in  
cælo, viuit & in terra dominatur apud infe-  
ros, damnati enim citra condignum, nec ut  
peccata promeruerant, puniuntur, secun-  
dum, quia præpositio *super* comparisonem  
ut plurimum includit, hinc *super omnia opera  
eius*, tantundem est, ac si dicas, *Miserationes  
eius sunt maiores cunctis ipsius operibus*: utrovis  
autem exponens modo efficitur semper, mi-  
sericordiam reliquis attributis Dei excelle-  
re, & eminere.

Hinc Apostolus Paulus principum Theo-  
logus, ac Theologorum princeps ac caput,  
diuinarum nominum seriem examinans, &  
proprietary Dei nomenclaturam tenens,  
illum patrem misericordiarum, nomine o-  
mnium dignissimo, & titulo quo in diuini-  
tatem nullum aut nobilius, aut eminenti-  
us, appellare non dubitauit: *Pater miseri-  
cordiarum; & Deus totius*, inquit, *consolatio-  
nis.*

Nam ut rex, qui pluribus imperat regnis,  
& To-

Inter diuini  
attributa  
ta antecel-  
lit miseri-  
cordia.

Psalm. 144.

In Ioan.

Genebrardi  
explicio.

2. Cor. 1.

& Toparcha, qui plurimorum locorum habet dominium, nomen à dignissimo & nobilissimo mutuari solent: ita quoque Deus omnipotens & supremus ille Monarcha, qui tot præclaros titulos habet, hunc unum plurimi æstimare solent & cæteris antepone, *Pater misericordiarum*, & *Deus cælestium consolationis*. Quin & ipsa dici amat misericordia, & hoc ipsum nomine primus Pfalteres compellauit, *Deus meus misericordia mea*: quasi dicere voluisset, Tu es, ô Deus Deus, Angelorum potentia, mundi sapientia, damnatorum iustitia: sed mea solum es misericordia.

Deus diues in misericordia.

*Epist. 2.* Idem Apostolus Dei magnificentiam, potentiam, diuitias, aliæque bona immobilia & attributa, quæ in diuina essentia reperire est, recensens & examinans, vno fasce vult omnia complexus, Deum imprimis diuitem & opulentum misericordia esse scribit, *Deus autem*, inquit, *qui diues est in misericordia*. Perinde ac si diceret, Pauper quodammodo, in potestata, sapientia, iustitia, dici posset Deus, si misericordiam illius thesauros consideremus. Atque adeo vniuersus Ecclesie cœtus, maiestatem Dei sui exaggerans, non nisi misericordiam nomine eum deprædicat, quæ ita illi propriam & essentialem esse ait, vt ipsa nec sine Deo misericordia, nec Deus sine misericordia esse possit, *Deus cui proprium est miseri semper & parcere*: nam, vt ignis proprium est ardere, plantarum vegetari, animalium sentire, hominis ratione uti, Angelorum intelligere & cognoscere: ita tibi omnipotens & sempiternus Deus, parcere, indulgere & misericordiam facere proprium: proprium inquam, vt Philosophi dicunt, quarto modo.

Dei proprium misericordiam esse.

*Apoc. 4.* Vidit olim Joannes in Apocalypsi. sedentem in throno similem iaspidi & sardonichi.

*Plin. lib. 17. c. 7. & 8.* Porro duæ illæ gemmæ plurimè à gemmaris fieri solent, quarum illa, teste Plinio viridis: sardonix vero eodem referente, igneus & ad flammam quam proxime accedens. Hunc Dei gessisse imaginem dico: sed cur duabus

Varia loci Apocalypsis expositiones. hisce gemmis similis apparere voluerit, plures assignari rationes solent, & omnes præclaræ. In primis Ambrosius Ansbertus per sedentem hunc non alium quam Christum intelligit, per viridem Iaspidem diuinitatem,

per sardonichem rubicundum sacram illius humanitatem, effuso in passione sanguine rubicantem. 2. Augustinus, Beda, Primasius, Rupertus, per Iaspidem, coloris marini & diluti, diluuium aquarum inundationem generalem, quæ iam præterit, designari credunt: per sardonichem vero, ignei & flammæ, diluuium ignis, quod circa mundi terminum expectamus. 3. Richardus de S. Victore Iaspide cælestem denotari existimat gloriam, per sardonichem flammam & incendium infernale: atque ideo Christo duplicem huic colorem adpingi, quod electos gloriæ sempiternæ virore alliciat, reprobos vero æternorum suppliciorum atrocitate terreat.

At omnium probabilissima, & proposito conuenientissima mihi illa videtur opinio, quæ Deum & duobus illis coloribus attributa illius præclarissima, sardoniche nempe iustitiam ardentem & æstuantem, Iaspide vero coloris viridis, (qui spei proprius, misericordiam & clementiam hic signari affirmat: vt hinc efficiamus, inter diuinitatis colores & insignia, misericordiam in primis emicare.

Eandem, credo, ob rationem Deus se Ezechielis monstrauit, in figura hominis, superne electo & succino festucas attrahere solito, vestiti, inferne vero igne, qui deuorat & consumit omnia. Hoc quidem in signum iustitiæ, illo vero velut misericordiam symbolo. Electrum porro superne, ignis vero inferne conspiciebatur: quod misericordia in Dei attributis primum & supremum occupare locum soleat. Sensit hoc ipsum & Jacobus Apostolus: *Misericordia*, inquit, *super Iacob. 2. exaltat iudicium*, cum vero loca, ex naturæ præscripto iuxta meritorum proportionem & magnitudinem, & dignitatem rerum dari solcant: & cum misericordia superexaltet iudicium: directe sequitur: *in modo & figura*, eam & nobiliorem esse ac digniorem.

Video quin etiã in Apocalypsis limine, *Apoc. 1. Viso Iohanne* alium hominẽ inter septem candelabra aurea Viso Iohanne constitutum, cuius caput & crines instar nicis nisi moracandescerent, oculi vero flammam instar seini liter expontillarent: zona quoque aureas ad mamillas cincta.

ctum. Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum pondere & praevinctum ad mammillas Zona aurea.

Relictis quæ ad propositum non spectant, mamillarum figuram & aspectum imprimis examinabo: quibus, ex omnium Patrum sententia, misericordiam & iustitiam Dei denotari existimo, sed, ut sinistra mamilla iustitiam, dextera vero misericordiam exprimat: atque ut inter manus dextera sinistra dignior est & excellentior: ita quoque inter divina attributa, misericordia unica ceteris antecellit. Duo porro hæc attributa eiusdem sunt qualitatis in Deo, quoniam in singulis illius operibus iustitia & misericordia semper relucet, ut bene olim Theologorum flos obseruavit D. Thomas, quod & vates regius confirmavit, *vniversa via Domini misericordia & veritas*. Cæterum duabus hæc mamillis Deus instar nutritij suos nutrit & conseruat, modo lacte misericordiam eos paciscens, modo ab lactatos iam aceto iustitiæ refocillans, post lac scilicet consolationum, acrimoniam castigationum propinando.

Casticorum sponsa huc respiciens, inter cæteras dilecti sui qualitates, yberum eius bonitatem & pulchritudinem decantat. *Meliora sunt, inquit, vbera tua vino, & fragrantiora frequenti optimis, id est, iustitia & misericordia tua omne humanum superant solarium.* Hoc lacte & potissimum misericordiam, verus animarum sponsus Deus, vniuersum terrarum orbem nutrit & lactat, nam benignissimi patris instar maximam erga omnes misericordiam demonstrat, & *Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est Dominus timentibus se: quoniam ipse est gnonis sumentum nostrum, recordatus est, quoniam pulvis sumus.* Si vero etiam evidentius ac manifestius magnitudinem ac dignitatem misericordiam Diuinam intueri desideratis, quamque Deus, prouidus, sapiens, clemens erga suos sese declaret, Euangelium ad eam hodiernum, quod luculentum ad oculum depromet exemplum: *Cum turba plurima esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor super turbam.* Egregium reuera clemens, & ut vestro cum emolumento eodem loquar, primo Euangelicam prosequar

historiam, deinde miraculi magnitudinem exponam.

Principio igitur, Marcus refert, Dominum, cum videret turbas sese ad verbum differens, Euangelij  
inum percipiendum comitantes, commensus penuria laborare, & in via deficere, Apostolis dixisse, *Misereor super turbam, quia etiam tres dies sustinent me nec habent, quod manducant, & si misero eos ieiunos, deficient in via: quidam enim ex eis de longe uenerunt. cui discipuli: unde illos. Quis poterit hic saturare panibus in solitudine?*

Duo hic notanda sese in limine offerunt: in primis ipsa misericordia & prouidentia Dei erga omnes, qui illum sequuntur & fidele obsequium præstant: deinde ipsa tolerantia ac perseverantia turbarum, quæ vitæ necessariis destitutæ, rerum angustia laborantes, vitæque nullam habere rationem vitæ; Christum in vasta solitudine & per montana & confragosa sequuntur. Audire primum, *Misereor super turbam, & misericordiam singularem*: & prouidentiam semper vigilem!

Paraphrastes Chaldaeus, & veteres Rabi- Dei Cla-  
ni scribere, quatuor Deum è Zona gestare ues-  
claves, quibus & feras intricatissimas & difficillimas aperiret. Prima clavis pluuia est, qua cælos aperuit: vnde, *Aperiat Dominus Diuites thesaurum suum optimum, cælum, & tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo.* Altera, prouidentia de creaturis, earumque educationis, hinc, *Aperit tu manum tuam, & imple omne animal benedictione.* Tertia, generationis, qua etiam naturæ adyta referat, & ventris sterilitatem rimatur & tollit, ut de Rachaele Genesi *Recordatus quoque Dominus Rachaelis, exaudivit eam & aperuit vuluam eius.* Quarta & postrema ingens illa clavis resurrectionis est qua tumulos aperit, & portas mortis perfringit. hinc Ezechiel: *ecce ego aperiam tumulos vestros.* In huius rei signum, ille, qui Joanni in 1. Apocalypsin capit. apparuit, ait, *Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & vivus, & mortuus fui, & ecce sum uiuens in sæcula seculorum: & habeo claves mortis & inferi.*

Cæterum harum clauium pulcherrima & fortissima, ipsius est prouidentia, videte qua-

D. Thom. 1.  
c. 21. art. 4.  
Psal. 24.

Caust. 1.

Psal. 125.

Psal. 115.

Gen. 30.

Ezech. 37.

Apoc. 1.

qualem hodie in deserto hoc aperturam faciat, quando nimirum septem panibus, plusquam quatuor hominum satiat millia. Ipsa est clavis illa regia, quæ cuncta peruadit, quæ penam aperit, horrea & reconditoria referat, & vniuersum nutrit mūdum. Quam prouidentiam examinans Psalmographus exclamat, *Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore: dante te illis, colligent: aperiente te manuum tuam, omnia implebuntur bonitate.*

Psal. 103.

Gen. 28.

Prouidentia Dei scilicet Jacob collata. Sap. 1.

Quando Mysticam illam scalam penitus intueor, quam Jacob somnians vidit, cuius pedes terra, cacumen cœlum tangebant: Diuinæ prouidentia symbolum illam esse statuo: scalam illam prodigiosam, quæ vno pede cœlum, altero terram ferit: prouidentia namque cœlestia simul & terrestria regit & moderatur. Latera porro scalar, sunt fortitudo & sapientia, quia *attingit à fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter.*

Isidor. Clar. 10. 1. Orat. 90.

Gradus, diuersæ sunt, quibus creaturarum diuersitatem, rationales hæc, irrationales illa, regit & gubernat rationes. Quia sancta illa & admirabilis prouidentia respicit omnia, & ad omnia sese extendit, ad minima etiam insecta & animalcula. Qualis enim Dei apparet prouidentia erga Alcyones? hæc namque teste Isidoro Claro, aues media hyeme in litore maris incubantes, tempore inquam, quo mare vt plurimum, sæuire & tempestatibus agitari conueit: nullum tamen à tempestate periculum metuunt: ita namque diuina eas prouidentia tuetur ac protegit, vt toto illo tempore tempestatibus imperet, fluctus compescat, vndis silentium & quietem indicat, & quindecim diebus, vt oua excludere, & pullos educare valeant, malaciam inducit, An non hoc peria signe diuinæ prouidentia argumentum?

In hexame. lum. 8.

Aliud non inferius refert magnus Basilus, soler aliquoties, haud rocul à monte Cassio tanta locustarum vis ingruere, vt agros vastare, & satis perniciem inferre dicantur: sed eodem quoque tempore auis quoddam genus aduersus pestem illam locustarum emitti solet, seleucis appellatum

natura voracissimum, quod locustas insectatur, vt exiguo temporis spatio agri hæc peste liberentur. O prouidentiam singularem.

Eodem quoque spectat, quod Olaus Magnus in historia scribit Septentrionali: nam quoniam tam vehemens & penetrabile borealium regionum, quod procul à sole distent, frigus est, & tempestatibus frequentiores, ventorum furia elatior: hinc arbores altius excrecere, aut ramos laxiores & latiores emittere nequeunt. Magnum hoc proculdubio damnum & dispendium ædificaturis ligno destitutus afferret, nisi diuina prouidentia aia succurreret ratione: arborum quippe locum in ædificiis supplet spinæ & ossa piscium, tam vasta & longa, vt laxis etiam & patentibus ædibus lignorum ac trabium loco sint. Magna hæc prouidentia diuinæ indicia: verum ne longius euagemus ipsum, quod præ manibus habemus: longe mihi videtur mirabilius. Mirabile sane est, in deserto in quo præter saxa & petras nihil crescere solet, quatuor hominum millia, tam laute & ample septem accipi panibus, septem veteraliuarum ablati sint cophini.

Præclaram hanc prouidentiam perpendens & examinans Psalmographus, magna cum confidentia ait, *Numquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quarens panem: item alibi, Vniuersi qui sustinent te, fideliter tibi ad finem vsque seruiendo, non confundentur, aut spe excident. Ad verba autem Euangelij visus est alludere, quæ sunt, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me. Quo loco verbum sustinere, pro perseverare accipitur, vt Job. cap. 17. Si sustinuero, infernus domus mea est, & Psal. 24. Et te sustinuit tota die, & alio, sustinentes autem Dominum ipsi hereditabunt terram, item alio, sustinuit anima mea in verbo eius, & Marc. 13. Qui autem sustinuerit in finem: quibus omnibus locis, sustinere, perseverare vsque ad finem, denotat. Et de factò Marthæus, quo loco Marcus ait, Quia iam triduo sustinent me, scribit, Quia iam triduo perseverant mecum. O summam misericordiam! Sed plurimos nos illa conceptus edocebit, & considerationes varias suggeret.*

Lib. 21. hist. cap. 15.

Psal. 36.

Psal. 140.

Iob. 7.

Psal. 24.

Psal. 36.

Psal. 129.

Marc. 13.

III. Considera in primis anima mea, singulari-  
 1. Confide- rem Deum curam gerere eorum, & misereri-  
 ratio. cordem se illis exhibere, qui Iesum per deser-  
 tum & magna cum difficultate & sudore se-  
 quuntur. Præit nobis Ambrosius, qui ita hoc  
 quodam asserit loco, *Gratia celestis*, inquit,  
*Christus impartitur alimentum, sed quibus im-*  
*partitur aduere, non ociosis, non in ciuitate*  
*vel sæculi dignitate residentibus, sed inter de-*  
*serta Christum querentibus.* Christus quo-  
 que postquam in Euangelio dixisset: *Vos*  
*estis, qui permausistis mecum in tentationibus*  
*meis: quam primum subnectit, Et ego dis-*  
*pono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, ve-*  
*gnum.*

2. Confide- Deinde cogites tecum, illos, qui domos  
 ratio. suas Christū in deserto secuturi relinquunt,  
 Religiosos esse, qui relictis facultatibus, a-  
 micis, parentibus & mundo ipso, quo Chri-  
 stum sequantur in vitæ monasticæ solitudi-  
 ne, infinita quadam dulcedine pascuntur,  
 milleque intrinsicis voluptatibus perfun-  
 duntur, sexcentaque delectamentorum, gau-  
 diorum & lætitiæ genera experiuntur. Se-  
 quuntur autem triduo, id est, obedientia,  
 paupertate & castitate, quæ sunt tria essen-  
 tialia vota vitæ monasticæ. *Triduo*, inquam,  
 id est, spe, fide, charitate, quæ tres quodam-  
 modo vitæ spiritualis clauis sunt. *Triduo*, id  
 est, Coarctatione, confessione, & satisfactio-  
 ne, quæ tria sunt penitentiae membra. *Tri-*  
*duo* denique, id est, ratione, ieiunio & ele-  
 mosyna, quæ tres propagines sunt vitæ per-  
 fectioris, & à communi viuendi genere dis-  
 crepantis. Nihil porro habent quod mandu-  
 cent: paupertatis enim emisere votum, &  
 non nisi elemosynis & oblati viuunt: nam  
 quicumque coram Deo dici amat religiosus,  
 nihil in mundo possideat necesse est, sed to-  
 tum se in diuinæ prouidentiae humeros con-  
 iiciat, & à Deo iuxta Prophetæ consilium a-  
 limenta subministrabuntur, *lacta super Do-*  
*minum cogitatum tuum, & ipse se enutriet.*

*Psal. 54.*

*Exod. 10.*

Quamdiu Israelitis comæatus terrenus  
 suppeteret, farinaeque ex Aegypto allatæ non  
 deficerent, manna de cælo non descendit.  
 Quo edocemur, Religiosum, verum Israeli-  
 tam, semel Aegypti mundo egressum, quam-  
 diu singulare quid possidet, & secularibus

bonis sinitur, diuinarum consolationum  
 manû à Deo non habiturum. Sed si eisdem  
 frui voluerit, quidquid mundi est abiciat,  
 & omnem farinam Aegyptiam proseribant.  
 Qui vero secus faxit, Rachelem imitatur,  
 quæ paterna domo egressa, idola secum  
 abstulit: mundo quippe egredi, & pater-  
 nam domum relinquere, ac simul etiam  
 vanam gloriam, ambitionem, proprii a-  
 morem, de diuina prouidentia diffiden-  
 tiam, quæ idola & inanes quidam Dei  
 sunt, quos mundus supplex adorat, ve-  
 ste abscondere, an non mundi est idola con-  
 ferre.

Religiosi quoque *de longe venerunt.* De lō-  
 ge enim veniant oportet, veniant inquam à  
 perfecto mundi contemptu, voluntaria &  
 plena paupertate, absoluta voluntatis resi-  
 gnatione, integra sui ipsorum abnegatione,  
 generali denique rerum omnium repudiatio-  
 ne, qualem se habuisse testantur Apostoli,  
*Eccē nos reliquimus omnia, & secuti sumus te:*  
*Omnia, inquam, nauiculas domos, uxores,*  
*voluntatem, nos ipsos, mundum & denique*  
*omnia.* Næ ille de longe venit, qui à toto ve-  
 nit ad nihil, ab esse ad priuationem: essentia  
 scilicet annihilationis, ò Philosophi, *est ab*  
*esse ad non esse:* est scilicet esse penitus euertere,  
 est de longe venire atque infinita qua-  
 dam distantia est, à Dei hoc venit manu, de-  
 nique miraculum facere est. Hoc tamen re-  
 ligiosus præster necesse est, & ab esse mundi  
 ad non esse & integram rerum omnium pri-  
 uationem transeat.

At notandum est, non omnes de longe  
 venire: ait quippe Euangelium, *Quidam ex*  
 eis, ergo non omnes: Sunt enim plurimi  
 inter Religiosos & eos, qui Christum in mo-  
 nasteriorum ac cænobiorum sequi solitudi-  
 ne volunt, ita mundana sectantes, mundā-  
 nis tantopere immergi, ac si in mundo age-  
 rent mundum frequentantes, secularia ne-  
 gotia pertractantes, honoribus inhiantes:  
 & hi prope sunt, & non nisi de proximo ve-  
 nere: alii vero paulo remotius habitant,  
 qui nihil proprium possident, & pauper-  
 tatem profitentur, interea tamen honeste  
 vestiuntur, mensa satis lauta excipiuntur,  
 redditus annuos habent: itaque hi non de  
 adeo

adeo longe veniunt. Sunt denique alij quorum domus signum Nihil præferunt, qui solam paupertatem sectantur, nihil quod mundi est sapiunt, & omnibus in genere virijs repudij libellum dederunt, atque hi de longe veniunt, deque his solis verba illa CHRISTI intelligenda sunt: *Quidam ex eis de longe venerunt.* Sed ad lineam.

Confidens. Tertio advertendum, anima mea, perseverantiam in bonis operibus ut plurimum in causa esse, cur Deus misericordem se ostendet. *Misereor super turbam: & quare? quia triduo sustinent me.* Et sane nullus unquam in bono perseveravit opere, quin in munerationem aliquod Deus misericordiam argumntum declaravit. Sola Magdalena, quia ceteris abeuntibus discipulis ad sepulchrum pertinax mansit, & sepulchro affixo ploravit, præ alijs & ante alios Dominum resuscitatum videre meruit Chananaea mulier quia perseveravit, & toties licet repulsam passa, pernicacior reddita & importunior in postulando, votorum tandem composcavit, & egregium hocce encomium à servatore audire meruit, *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.*

Perseverantiam misericordiam impetrat. Luc. 11. Importunus ille, de quo in Evangelio, amici fores noctu assidue pulsans, tres tantum panes perendo, repulsam passus, ulterius instat: & continua instantia & importunitate quod postulavit impetravit, adeo ut quod amicitia & vetus necessitudo ea hora impetrare non valebat, perseverantia & pernicacia obrinuerit, formosa illa Sara, sed maritorum salacium exitio infelix, in oratione perseveravit, & septem illis canibus, libidine ravidis, terra obrutis & sepultis, sapientissimum & moribus optimis maritum, Tobiam iuniorum, habere meruit. An non & hic turba, quod triduo Christum per deferta & inuia sequerentur, miraculum videre meruerunt?

Quis enim CHRISTUM non sequatur, quis cum illo, & apud illum, & in illius obsequio non perseveret, non triduo,

sed toto vitæ tempore, & in sempiternum? An ne enim rex potentior, dominus sublimior, pater amantior, sponsus formosior, aut gratior haberi queat? Cuius dotes cum secum tacita volueret canticorum illa sponsa, præ desiderij ardore dixit, *Tenui eum, nec dimittam, vivens aut moriens.* Cant. 3.

Ipse quoque Redemptor cum in Evangelio de discessu loqueretur, suosque interrogaret, *Numquid ego vos vultus abire?* Ioan. 6. Omnium mox nomine, magno animi ardore ac teneritudine Petrus respondit, *Domine ad quem ibimus? verba vite aeterna habes:* Tu nempe spes & refugium nostrum, salus & præsidium: vox tua vitam sapit, spirat, & includit. Huic igitur merito turbae adhaerent, quem ne deferant, triduo sustinent.

Quarto advertere hic oportet Dominum 4 minutim recensere ac singillatim subducere ratio. dies, quos populus hic in longo hoc itinere consumpsit. Eodem etiam modo cum Maria Magdalena egit, quando sigillatim singula obsequia, quæ accumbenti in domo Simonis leprosi impenderat. Recensuit in Genesi quoque promptam Abraham Patriarchæ obedientiam exaltans, ait, *Per me ipsum iuravi, quia fecisti hanc rem. & non percipisti filio tuo unigenito, benedicam tibi.* Gen. 12. Videte ut singulas hic obedientiæ illius recensat circumstantias, & particulatim enumeret; non ait *filio tuo*, sed addit, *unigenito*; quod maiorem haud dubie laudem meretur.

Hic quoque in Evangelio Christus enumerat dies, quos in illo sequendo turbae insumpserunt: ut hinc doceremur, Deum exactam quodammodo dierum perseverantiæ nostræ rationem subducere, & minima quæque & minutissima recensere, ut debita eadem mercede compenset, vel debita iustitia severitateque castiget. Omnes vitæ nostræ dies enumerat, horas subducit, momenta examinat, omnia opera, verba, imo & cogitationes ponderat. Vnde Iob huc allusione facta, de homine sermonem instituens ait, *sicut mercenarii dies eius.* Iob 7. **Quem.**

Quemadmodum exacte singuli mercenari-  
riorum, quibus operati sunt, enumerantur  
dies, vt stipendium pro rata persolatur: ita  
quoque benignus ille dies & horas, quas ob-  
sequio illius impendimus, enumerat quam  
exactissime, vt premium bene meritis repen-  
dat. Deus igitur singula librat, expendit &  
iustitiæ trutinâ ponderat.

*Dan. 5.* Postquam sanguinaria illa & vindex scri-  
bentis manus in Baltasar's regis aula ad can-  
delæ lumen apparuisset & rex pavidus sibi;  
Deus nume metuens quid sibi noua illa & exotica scri-  
bat regna. ptura vellet, ignoraret, Daniel interpretem  
agens ait, *Numerauit Deus regnum tuum, &*  
*compleuit illud, appensus es in statera.* E quo ef-  
ficio, Deum, si regna enumeret, eorumque  
statum & negotia recenset, reges in statera  
appendat; maiori haud dubie ratione ciuita-  
tes singulas, arces & villas omnesque actio-  
nes tum nobilium ciuium, tum vulgi exami-  
naturum, ecce figuram.

*Esth. 9.* Magnus ille Persidis rex Assuerus, archi-  
uum olim ingrediens, in quo regni annales  
& præteritorum temporum historiae asser-  
uabantur, gettarum sibi afferri iussit rerum  
commentarios, vt in coniuratos & sceptri  
hostes dignis supplicijs animaduerneret, &  
bene meritos dignis præmijs exornaret. E  
quo colligere est, asseruatos illic commen-  
tarios, in quos quid in vniuerso regno in dies  
ageretur, inferebatur: sed id ipsum de Deo  
quoque credendum est ac videndum, quo-  
modo hodie velut diarium conscribat, & dies  
enumeret, quos in illius sequela populus im-  
pendit.

Deus recor Quia ecce iam triduo sustinent me. Cogites  
datur om- hic velim fidelis Dei serue, Deum nihil obli-  
nia, qua uisci eorum quæ illius causa quis agit aut pa-  
in illius ho- titur, vt & dies recenset ac momenta, qui-  
nore sunt. bus aliquid in illius honorem quis sustinet.  
*Job. 14.* Quin & passus enumerat & pedum vestigia:  
vnde *Job; Tu quidem gressus meos dinumera-  
sti; capillorum quoque, illius in gratiam cap-  
pite decussorum, numerum subducit. Nam*  
*Luc. 17. & capilli capiti vestri omnes numerati sunt,* id-  
*Matth. 10.* que nullam aliam ob causam, quam vt debi-  
tam tandem aliquando mercedem eis retri-  
buat. Ideo Paulus Hebræos consolaturus ait:

*Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur opus  
vestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine*  
*ipsum.* An non hodie assecras tuos ob laborem  
triduanum debita remuneratione afficit; id-  
que amplissime, & non sine miraculo.

Porro si adeo se gratum & benignum o-  
stendit erga eos qui non nisi triduo eum se-  
cuti sunt; quam benignum se erga illos de-  
monstrabit, qui triennium, vicennium, quin-  
quaginta aut sexaginta annos illius obse-  
quio impenderunt, & quidem tanto labore,  
sudore, molestia, difficultate, angustia, quo  
& spectant illa parabola verba: *Hi vna hora*  
*laborauerunt, nos autem portauimus pondus diei*  
*& astus, & pares illos nobis fecisti.* *Matth. 20.*

Iterum hic notandum occurrit, Audito Discrimen  
res, discrimen inter obsequia quæ Deo & quæ inter Deum  
mundo impenduntur: mundus scilicet ingratum mundi ob-  
tus est, & quidquid ei impenderit; & multos sequia  
quos ei dedicasti annos, obliuiscitur, nec re-  
munerari vquam vult, nec benignum se  
aut misericordem declarat. Adeo vt de illo  
dici queat, quod conquestus olim dicebat  
*Job, Sto & non respicias: clamo, & non exaudis;*  
*mutatus es mihi in crudelem;* & ingrato Laba-  
no, qui toties Iacobi mercedem & stipen-  
dium, contra quam pactus erat, frustratus  
est, comparari.

Hinc fidus ille gener sæpenumero apud  
vxores eo conquestus est, *Et ipsa risosus, quod totis*  
*viribus meis seruiuerim patri vestro, sed & pater*  
*vester circumuenit me, & mutauit mercedem*  
*meam decem vicibus.* Idem porro mundi alle-  
chis euenit, quod olim sacrificulis Baal, qui  
à summo mane in vesperam ad rauium vsque  
Baalim in clamantes non sunt exauditi,  
Mundus siquidem idolum est, quod fru-  
stra aduocatur & in clamatur; cui neque  
vox inest, qua te consoletur, nec aures qui-  
bus percipiat, nec animus, quo misereatur  
illorum qui gnauiter eum colunt: solus vero  
Christus suos agnoscit, obsequiaque im-  
pensa quam cumulatiflime compensat.  
Agnoscite vocem, attendite animum, &  
voluptatem notate. Quia ecce iam triduo su-  
stinent. Quorum verborum occasione de  
sedula populi huius perseuerantia dicendum  
est.



IV. Perseuerantia enim comium. Lib. de sum. bon.

Est profecto diuina quaedam & heroica virtus perseuerantia, sola illa triumphum agit, salutem lucratur, ac victoriam refert. Vnde Iudorus: *Salus solum perseuerantibus datur, non enim beatus erit, qui bonum facit; sed qui perseueranter agit.* Cui subscribens Bernardus in quadam ait epistola, *scias diabolum o Christi miles, soli per euertantia inuidere, quam solam nouit a Domino virtutem coronari.* Hinc ad hanc fideles omnes adhortatur Paulus Epistol. ad Philippens. *Sic stete in Domino charissimi, & stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, scientes quia labor uestrer non est inanis.*

Philipp. 4.

Epist. 129. ad Genem.

Diuina quoque in eadem encomia cumulat Bernardus, cum eam uirtutem gloriam & uirtutum coronam appellat: cui deinde & alia subnectit Epitheta; *Perseuerantia uigor est uirtutum, uirtutum consummatio, nutritrix ad meritum, mediatrix ad premium; soror est patientie, constantia filia; amicitia pacis, amicitiarum nodus, uanimitatis uinculum, propugnaculum sanctitatis.* Sed adnectamus & allegorias.

Exod. 28.

Allegoria moraliter signozata.

Voluit in Exodo Deus, ut in simbria summi apud Iudaeos Pontificis hinc mala punica, & illinc campanulae alternatim dependere; sed relictis tintinnabulis, quae nihil ad propositum faciunt, dico malum granatum quod in capite coronam gestat, & terax mercedis, & retributionis caelestis symbolum esse: ceterum quando Deus iubet ut mala granata & tintinnabula in simbrijs & extremitate uestis Pontificalis dependeant, ostendere uoluit, mercedem & uerum premium deberi uirtuti, quae ad finem usque uitae perseuerat. Quod confirmans Apostolus, Philippenses adhortatur, ut in cepto itinere perseuerent: *Constito in uobis, quod qui incipit in uobis bonum perficiet, usque in diem Iesu Christi: quo loco per diem illum Christi, dies mortis intelligendus; omnes quippe qui uobis in hac mortali uita a Deo conceduntur, nostri sunt & dici possunt nostri; uade Iob: *Dies mei: uelocius transierunt, quam a texente tela succiditur;* & Psaltes: *sicut fumus dies mei.* nostri porro dicuntur, quod illis durantibus, in manu & arbitrio nostro situm sit, uel dextrum uirtutis iter ingredi, uel*

Phil. 1.

Iob 7.

Psal. 108.

Tom. 2. Pars Aeterna.

sinistrum uitiarum tramitem insistere: nostri sunt etiam, quod illos uel ad damnationem uel ad salutem possumus impendere: at dies mortis, solus Iesu Christi est, nec in nostra sita potestare; ille dies iustitiae, & non misericordiae. At in allegorijs meis iam progrediar.

Septem annis magnificum illud Salomonici templi aedificium perfectum est, sed postea euersum & destructum, uix quadraginta restaurari annis potuit: obiciunt quippe Iudaei Christo in Euangelio: *Quadragesima sex annis aedificatum est templum hoc.* In signis profecto allegoria, at quae designat, hominem si in gratia quam in baptismo recepit permaneat, statim in perfectum & integrum Dei aedificium consergere, at deficientem; & a peccato euersum, magna postmodum difficultate & sudore ad summam meritorum perfectionem pertingere: Deus igitur perseuerantiae est amantissimus.

3. Reg. 6.

Ioan. 9.

in Mosaiica lege Deus fructuum primitias sibi & decimas selegit: *Primitias frugum terrae tuae offeres in domo Domini Dei tui; & omnes decimas terrae, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur,* docere hic nos uoluit, se & operum exordia & finem deposcere; primitijs principium denotantibus; & decimis, in finem usque perseuerantiam: numerus siquidem decimus numerus est perfectissimus, & reliquorum complementum.

Exod. 37.

Leuit. 24.

Voluit item, quaecumque sibi offerentur animalia, maxime ex uoto; habere aures & caudam, uerba decreti haec sunt: *Bovem & ouem aure & cauda amputata uoluntarie offerre potes, uorum autem ex his solui non potest.* Tropologicè hocce denotat, uota & sacrificia bonorum, quae edimus operum Deo displicere, si caput, in quo aures, quodque principij symbolum est; & cauda, quae in animalis pars extrema, quaeque perseuerantiam designat, in ijs non reperiantur. Ita porro in legem haec commentatur Magnus Gregorius, huius uerbis: *In auda uel peccatis est corporis; & ille bene immolat qui sacrificium boni operis usque ad finem debita perauca actionis.*

Leuit. 22.

Lib. 1. Moral. cap. 91.

Inter ceteras Iosephi Patriarchae uestes, S quas

quas Iacob pater ei dedit, fuit toga quædam talatis & polymita, id est diuersicolor: hanc Gregorius hom. 25. in Euang. & D. Ambrosius in 1. cap. Apocalypseos perseverantiam ad finem vsque designari credunt. Et sane merito; inter cetera enim spiritalia animæ vestimenta nul um est perseverantia excellentius aut pretij maioris; ipsa siquidem vestis talatis est & longior, ut quæ iam inde à collo natiuitatis ad talos vsq; & extremitatem mortis extendatur; atque ea quoque polymita & diuersicolor; ceterarum quippe in se virtutum colores continet, quas deinde vno & eodem seruo simul coronat.

*Ezech. 1.* Animalia illa Ezechielis coram facie sua ambulare describuntur, & nullum vnde veneraret, reuertebatur. *Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat, nec reuertebantur cum ambularent.* Nouum hic emblemata, quo perseverantiæ virtus representatur, & edocemur, mystica hæc animalia nos imitari debere; nam statim ut virtutis iter insistere cœpimus, semper procedere, ac nusquam respicere oportet, ne tristis ille casus, qui olim vxori Loth respicienti, nobis accidat, cuius mulieris exemplum Christus in Euangelio quoque, Luc. 17. eadem occasione produxit: & sane doctissimus Rupertus, & sanctissimus Augustinus perseverantiæ eandem historiam adaptat.

*Lib. 6. in Gen. Lib. 16. de ciuit.* Richardus Brixius nuperus quidem auctor, sed multiplici rerum cognitione referatus, ait veteres, virtutis imaginem representare volentes, matronam columnæ alligatam, & ad latus eius monstrorum domitorum Herculem, depinxisse. Symboli huius genuina expositio est virtutem quæ ad finem vsque permanet ac perseverat, plurimum posse; quam proinde grandævum & senem exprimebant; virtus autem quæ annis caret, nec antiqua est, nomine virtutis profus indigna est. Ita quoque Alciatus in sepulchro Aiæ eandem alarum depingit; quo modo & fama depingi solet; nihil enim virtutis fama celerius & velocius: Hercules porro ei astat, quod perseverantia homines Herculis instat validos efficiat, omniaque perfringat, qui ad finem vsque perseverat.

*Lib. 6. in Gen.*

*Lib. 16. de ciuit.*

*Tom. 2. de myst. symb.*

*Perseverantiæ imago.*

David probe perspectum habens quantum secum bona trahat perseverantia, & quantum mala, boni operis intermissio, & poenitentia, spiritu principali confirmari postulat, *spiritu principali confirma me.* Id est, voluntas mihi varia est, propositum interdum muto, anima fixa non permanet; deoque obsecro te & obtestor, ut me spiritu illo, qui inter ceteros spiritus primus & princeps est, confirmes ac stabilias, quo in diuino obsequio tuo ad finem vsque permaneam. Hieronymus autem: *spiritu potenti confirma me,* transtulit: ad perseverantiam enim spiritu quodam heroico, masculo, potenti, qui non cedat aut fatiscat, opus est. Nihil namque incepisse est, nisi ad finem vsque constans & firmus permaneat. Ephraimitarum inertiam ac vecordiam carpens David, ait eos mortis & ferri metu terga vertisse, & domum se fugiendo recepisse, *Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.* Turpe quidem & coarguendum in milite, terga hosti obvertere; sed longe, mihi credite, turpius & infamius iis, qui cœptæ virtutis tramite deserto, in eodem vlcetius non progrediuntur, sed in die belli, tempore inquam tentationis, se subducunt, & animum despondunt.

Augustus Iup. referente Longævo Macrobio, cum in militem deformi in fronte cicatrice quam ei inter fugiendum & respiciendum lapis balista excussus reliquerat, derisum incidere, qui rerum tamen bello gestarum gloria tumesceret, victorias coram omnibus referret, plagas & vulnera, & præsertim dehonestamentum illud frontis ostentaret; ei in aurem elanculo dixit, *At tu cum fugies numquam post te respexeris.* Leuior ille sarcasmus & mictetismus in illos etiam aptari potest, qui statim ut opus aliquod pium & laudabile incepere, terga vertunt, respiciunt, animo cadunt, & perseverare in eodem nesciunt. At non ita turba hæc nostræ, quarum perseverantiam & constantiam Dominus deprædicat dicens, *Quia ecce iam triduo sustent me,* atque illius ergo eximium miraculum patrare non dubitavit, quod secunda hac concionis parte prosequatur.

*Et sic.*

V.  
Evangelij  
series.

*Et accipiens septem panes gratias agens fre-  
git, & dabat discipulis suis, ut asponerent.* Chri-  
stus igitur turbas miseratus, quæ triduo  
eum comineatu destitutæ secutæ fuerant,  
sciensque Apostolis adhuc septem superesse  
panes, populum iussit discumbere, panes-  
que in manus acceptos benedicens, Apo-  
stolis, quo in turbas eosdem disperterent, tra-  
didit; & ecce omnes, ô miraculum singu-  
lare, vsque ad saturitatem refecti sunt, & se-  
ptem fragmentorum sportæ superauerunt,  
discumbentibus tamen quatuor hominum  
millibus.

Mandi-  
ficatio  
ingens mi-  
raculū est.

Vere dixi, miraculum nimiam quippe ad-  
miracionem meretur, patrem familias &  
œconomum, tam tenuibus & curtis mil-  
libus, tantam hominum reficere multitu-  
dinem, idque tam regis, potuisse. Et pro-  
fecto, si ita se res habet, vobiscum cogitate,  
quanto admirabilis sit, eundem dispensa-  
torem, iam ab ipso mundi principio, omnes  
semper orbis incolas alimento præstito re-  
creasse ac saturasse. Si omnes mundi aues in  
aliquo Galliæ nostræ monte iam Deo per-  
mittente congregarentur, easque regem vno  
eodemque die enutrire oporteret; sane cum  
tot autum forent genera & diuersis singula  
elcis pasci solita, fieri profecto non posset,  
vt ipsius Maiestas, omnibus licet anniteretur  
viribus, & omne ararium effunderet, vel vno  
die eadem pasceret. Ipse tamen Deus iam à  
quinque annorum millibus, aues quadrupe-  
des, natatilia & omnes adeo creaturas nu-  
triuat ac sustentauit. Vnde legimus: *Qui dat  
escam omni carni.* Item, *Aperis tu manum tuam,  
& implet omne animal benedictione.* Hinc  
de illius potentia, ac potius liberalitate ac  
magnificencia vobiscum ipsi diiudicare po-  
testis.

Psal. 135.

Titii Imp.  
magnificen-  
tia.  
Suet. Tit. 10.

Fuit quidem liberalitas ac minima in dan-  
do profusio regibus ac principibus quibus-  
dam familiaris, verum ad magnificentiam  
ac liberalitatem Christi nunquam potuerit  
peringere. Titus Vespasianus Imp. libera-  
lis, vt qui plurimum ac perbenignus, cum  
vesperi in cœna recordaretur, nihil se illa die  
amicis largitum, quasi hanc illi gloriam  
fors abstulisset, ingemiscens, suis ait, *Amici  
diem perdidit.* Omne siquidem tempus Regi

perditum credebat, quo nullum in suos libe-  
ralitatis genus ostendit; Principes quoque  
non nisi ad dandum viuere; & ad solos illos  
spectare munificentiam.

Non minor quoque liberalitas extitit  
Alexandri Seueri Imp. ac maior potius; ira-  
sci siquidem vt Lampridius testatur, solebat,  
si nemo quid ab eo exigeret; è contra vero,  
si qua beneficiendi populo ac munificentia  
ostendenda occasio oblata esset, maximo pe-  
re gaudebat. Hic cum aliquem suorum nihil  
vnquam à se petuisse sciret, deterritum for-  
tasse formidine aut Principis maiestate, eum  
vltro aggressus est dicens: *Quid est, cur nihil  
petis? an me tibi fieri vis fieri vis debitorem. Peti,  
ne priuatus de me queraris.*

Item Alex.  
Seueri.

Non minorem meretur laudem, quod  
de Siculorum Rege Dionysio refert Plutar-  
chus, hic cum quodam tempore filij pala-  
tium ingressus, magnum aureorum argen-  
teorumque vasorum multitudinem circum-  
quaue cerneret, stomachatus ait: *Non est  
in te regis animus, qui his potius, que à me tam  
multa accepisti, non inem tibi amicum feceris.*  
Ostendere volebat, Principis esse munifi-  
centiam exercere, auaritiã vero & multa-  
rum opum corraptionem magno illi esse de-  
decori & infamiae: ego vero hinc efficere,  
Jesu Christi regis nostri munificentia ac li-  
beralitati, omnem aliorum regum & princi-  
pum profusionem cedere. Epulum quippe in  
deserto dat, & omnes omnino ad ipsum in-  
uitat.

In Apoph.  
reg.

Erant autem, qui māducauerant, quasi qua-  
tuor millia. Iosephi somnia Scriptura enar-  
rans cum dixisset visum illi esse à sole, lu-  
na, stellis se adorari, quod futuram illius  
potentiam demonstrabat; subiungit mani-  
pulum quoque in agro illum vidisse, qui  
sponte se erigēs cæteris eminebat altius: Di-  
xitq; Iosephi fratribus suis: *Audite somnium,  
quod vidi, putabam nos ligare manipulos in a-  
gro: & quasi consurgere manipulum meum  
stare, &c.* Locum hunc exponens Theodo-  
retus, qui hoc factum sit interrogat, cum ta-  
men nihil sit fœno paleaque & vilius & abie-  
ctius: ac tandem id diuinitus ita factum in-  
terpretatur; ne videlicet insolescerent ac  
clatius sese gererent Sancti, ad celsa digni-  
tatum

Gen. 37.

Gen. 37.  
in Genes.

E' ai. 40.

tatum fastigio elati, verum naturæ propriæ fragilitatem semper ob oculos haberent. Sciebant siquidem è cineribus se & imperfectionibus miseræ huius & fragiles carnis, fœno multo fragilioris & abiectioris de qua Propheta, *Omnia caro fœnum,* esse compositos. At melius scopum huiusmodi somnij tetigisse crediderim illos, qui veram illud augurium fuisse credunt, quo Josephi sapientia providentiæque à Deo præsignabatur; quæ temporis famis prospiceret & Ægypti horrea in totius regni conservacionem frumento compleret, quod & patri, deinde & fratribus communicaret, qui illum, hoc petituri in Ægyptum descendentes, quodammodo adorare visi sunt. Verus porro Joseph hic cernitur, cuius omnia somnia & cogitationes hoc unum spectant, ut suos semper magifico exerceat conuiuio, & laute reficiat. Videre enim, ut hic in deserto quatuor Millia sataret: *Erant autem, qui manducaverant, quatuor millia,* quibus abunde prouideret, & de omnibus in genere prospicit.

Leuit 8.  
Num. 6.

Quatuor olim in summi Pontificis consecratione ceremonias adhiberi voluit Deus; primo namque immolabantur vitulus, deinde aries, tertio auicula, quarto denique canistrum panibus refertum, magna quadam mysteriorum designatione ille in caput sustollebat, ut bene in locum illum commentatus refert D. Thomas, qui ipsum mysterium hoc exposuit modo: *Offerbatur vitulus pro peccato, aries in holocaustum, auis que arat pacifica, canistrum panis, ut sciret sacerdos se assumpturum illius seruitium, qui pane celesti, hoc est manna, in deserto pascit filios Israel.* Alij vero hac panum gestatione sacerdotum denotare voluisse credunt, Deum illum, quem adorabat, ab omnibus supremi & summi regis instar adorandum & exaltandum, quod huiusmodi pane vniuersam aleret familiam. Equidem vero alio collimans dixerit, hæcæ ceremoniam designari, cum illum, qui ut Messias & Pontifex in hunc mundum cælitus venturus esset, toti o. bi abunde panem suppeditaturum, & hodierna die epulum in deserto instructurum, in quo quatuor hominum reficeret millia, propter quod

totus eum adoraret orbis, & ut regem agnosceret.

Et profecto, quamvis plurima Dominus In thiracenediderit miracula, nullum tamen vquam lo hoc Chri. præstitit, quo petiorus eum populus, ut stus, ut rex regem ac dominum agnouit, nisi hoc ipso agnitus, in panum multiplicatione peracto: omnes enim, quamprimum ut illum tam laute in deserto suos stipatores refectorem viderunt, hic occasione sumpta eum in Regem ac Monarcham acceperunt. Næ enim ille regis nomine dignus, qui tanta prudentia ac sapientia tantam hominum multitudinem conducebat, ægrotis sanitatem restituebat, signaros docebat, pauperibus inopes & famelicos reficiebat?

De panibus propositionis huiusmodi in Exodo decretum legere est: *Et ponas super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Mira sunt: quæ de hac mensa referunt Auctores: Josephus in primis celebri illam mensam Apollini Delphis, haud procul à Bœotia, consecratam, è qua consulta & oracula sciscitantibus reddebantur, similem tradit. Historia vero Ecclesiastica ait, omnium regum Juda, qui iam inde à Dauide, ad Sedechiam vsque, in quo Juda germen finem habuit, sceptrum tenere, imagines effigiesque fuisse ad viuum expressas. Ipsum quoque sentit Abulensis, hoc solum addito, Deum, quandoquidem in Exod. cap. 21 imagines ad adorandum scilicet, vel ne in altari, in quo omnis adoratio sita erat, & maius delinquendi discrimen, collocarentur, fieri vetuit; prudenter admodum & sapienter mandasse, ut Regum Juda effigies in rasa mensæ huius parte insculperentur: tum vero, quod mensa hæc semper esset cooperta, ac proinde à nemine, ne à Leuitis quidem, & à solis sacerdotibus, qui recentes in hanc mensam veteribus semotis panes inferebant, imagines hæc viderentur. Quidquid demum de rei veritate sit, crediderim regum effigies ideo mensæ huic insculptas, ut hinc euidens fiat, Regum partes esse, subditorum commodis consulere, iisque de alimento & comœntu prospicere. Atque ideo Christus, cum regis instar in hunc mundum venisset

*is Rex tuus venit tibi manus hodie mensam in solitudine preparat, & quatuor propemodum hominum millia lautissime reficit. In quo verum sese regem & quidem potentissimum declarauit; at secus, qui faxit, nã ille tyrannus & sanguifuga.*

In Regem quidam, apud Elaiam, communi omnium calculo, electus erat, & cunctorum ei suffragia diadema deferebant, sed inopia & tenuitatis suæ confectus hanc dignitatem vltro oblatam repudiavit & regno se inepertum pronuntiauit. *In domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite me constituere principem populi: principem quippe munificum & profusum esse oportet, at ipse inopia premor, vt ne panis quidem in domesticorum sustentationem sufficiat: quibus omnibus efficere voluit eum, qui suos ægre ac difficulter sustentat, nomine Principis esse indignissimum.*

*Gen. 28.* Jacob in Mesopotamiam reuersurus, solemnia vota Deo vouens, inter cætera vouit: *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.* Voti huius textum examinans, hic elicio, nomen Regis aut Dei illum non mereri, qui subditos debito alimento frustretur. Contra vero diuinitatem quandam sapere certum est, cum nihil subditis defuerit, & regni necessitatibus abunde fuerit pronisum. Idcirco Christus & diuinitatem & regiam simul maiestatem designaturus, omnes in deserto reficit & satiat.

*Gen. 40.* Optimi Regis nomen in Genesi Pharaolegitur assecutus, quod septem, antequam famest regno incumberet, annis, noctes atque dies animo volueret, qua ratione suis, necessitatis tempore, succurreret, & famem è regno propullaret. Hocce Deus exemplo denotare voluit, omnes optimorum regum cogitationes in hoc vnum incumbere debere, vt subditorum inopiæ prouideant, & de alimẽto prospiciant: ita Dominus noster Jesus verus uatura sua rex, hoc exemplo denotatur, cuius omnes cogitationes quamdiu in deserto vagatur, hoc solum spectant, vt suos enutriet, idque miraculo quodam

singulari, septem scilicet panibus quatuor hominum millia saturando. Quot porro miraculo hoc mysteria & documenta inuoluit & includit?

Primo, docet nos operibus misericordiæ incumbere, & proximo in necessitate constituto, Christi exemplo, qui turbatum miserus, easdem miraculose reficit, opiculari. Inter cæteras naturæ dotes & bonæ indolis iudicia, quæ sibi colitur data testatur Job, ait misericordiam tam inde ab incunabulis & vtero sibi adæfisse, & naturali quodam erga pauperes affectu se moueri: *Ab infanzia, inquit, creuit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum.* Hoc igitur ille nomine beatus est, & non minus illi futuri sunt, qui pauperum miserentur: vnde Psalmista: *Beatus vir, qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* At æquum est, vt quemadmodum Deus misericordem se erga nos exhibuit, nos quoque erga alios non minus benignos declaremus.

Raab meretrix, exploratores vrbs Jericho in confinis Chananzorum sitæ, quos domi occultauerat suæ, adiurauit, vt in vrbs excidio, domui suæ parcerent, quemadmodum illis ipsa pepercerat: *Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciat cum domo patris mei:* Eadem formula nos quoque ad iurare videtur Deus: & est profecto æquum & rationi maxime consentaneum, vt illius, qui toties se benignum erga nos exhibuit, nomine misericordiam erga pauperes etiam declaremus. Quando enim in pauperem & egenum incidimus, verba illa Dauidis, quæ Miphiboseth claudicanti ait, reperere oporteret: *Ne timeas, quia faciens faciam tecum misericordiam, propter Ionathã patrem tuum, & restituum tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.* Neq; enim Deum ille amare censendus est, qui pauperum illius non miseretur, nec misericordiæ induit viscera. Atq; hoc etiam argumento vtitur in Canonica sua Joannes: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum*

V I.  
Miraculũ  
hoc excuti-  
tur.

Job. 3.

Psal. 40.

105.2.

1. Reg. 9.

1. Ioan. 1.

Immiti ni-  
hil crude-  
lius.

necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Cæterum nihil aut crudelius, aut ferocius haberi potest eo, qui inhumanus est & immitis, maiorem siquidem saepe erga feras & animalia, quam erga fratres inopia & necessitate pressos benignitatem demonstrari cernimus. Quod etiam exemplis reddam manifestius.

3. Reg. 13.

Achab Israel rex, interea dum cœlū triennio imbrem denegaret, & magna rerum penuria circumquaque mortales affligerentur, domus regia præfecto quadam die diebat: *Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles, si forte possimus inuenire herbam, & saluare quos & mulos, & non penitus iumenta intereant.* Notate perfidi huius crudelitatem, equis, asinis, cæterisque animalibus consulit ac prospici vult, viduas autem inopes, orphanos, aliosque, qui passim inedia quotidie in omnibus regni finibus emoriebantur, negligit, ne hilum de iisdem sollicitus.

Diuites naces arbori Nabuchodonosor collati. *Gen. 4.*

Arbor illa quam Nabuchodonosor sonnians vidit, quæque ramos per omnes orbis angulos extendebat, & fructibus erat onusta non nisi bestias patebat; *fructus eius nimis, & esca vniuersorum in ea, subter eam habitabant animalia & bestia.* Quot cheu! in mundo arbori huic similes reperire est, qui fructibus, id est, bonis, diuitiisque onusti, nullos præter canes, equos, simias, aliasque nugas pascunt; pauperibus vero ne minimam diuitiarum portionem elargiuntur? Canes diuitis epulonis pane ad saturitatem vsq; saginabantur, solus Lazarus ne micæ quidem mensa delapsas accipit fame propemodum eneçtus. Quotnam, Deus bone, domus hodie inuenire est, infelicis huius epulonis palatio per similes, in quibus vertagorum & canum venaticorum magna habetur ratio: pauperum vero ad rauim vsque præ foribus clamantium stipem efflagitantium nulla? O feritatem plusquam ferinam!

Ioan. 3.  
Regis Ni-  
niuitarum  
sapientia.

At sapientior, mea quidem sententia rex fuit Ninuitarum; nam mox, vt pœnitentiam de peccatis agere decreuit, quo diuinæ iustitiæ flagellum & iram cœlestem, quæ

vniuerso regno minabatur exitium, auerteret, triduanum ieiunium publica præconis voce indixit, vt non modo homines, sed ipsa etiã animalia potu ciboque abstinerent. *Et clamauit & dixit in Niniu, ex ore Regis & Principum eius, dicens, Homines & iumenta & boues, & pecora non gustent quidquam, nec pascantur; & aquam non bibant.* Eadem bestias qua homines ieiunij lege teneri vult, inquam existimans, vt hominibus esurientibus fameque emorientibus bestia comederent: & crudelitatis quodam genus esse credebat, equorum cæterorumque brutorum curam haberi, homines vero negligi.

Similem sese regi huic ostendit Rebecca; *Gen. 24.* cum enim haud procul à fonte in Abrahæ seruum, futuri coniugij paranympum & pronubum, incidisset, primo huic, deinde camelis illius aquam hauri: *Qua festinans deposuit hydriam de humero, & ait mihi, Et tu bibe & camelis tuis tribuam potum.* Equissimum sane est, seruos summi illius Abrahæ, Dei inquam, animarum sponsi primo refici, ac bestiarum deinde aliquam rationem haberi.

Sunt vero alij, ære, marmore, & chalybe duriores; qui pauperum se semper aduersarios ostendunt, eisdem obiurgando, taxando, nulla tamen ratione eis opitulando: in quo Jobi amicos imitantur. Hi enim cum sanctum illum virum in simeto sedentem, & vlceribus sanieque perfusum cererent, multis quidem sermonibus & argumentis illius castigationis originem indagare conati sunt, eumque delicti alicuius reum, ob quod tam grauius flagellaretur constituere; sed toto illo tempore nemo illi vel panniculum quo saniem abstergeret, vlcerum molliret ac religaret, dedit. Similes quoque dixero diabolo, qui Christum in solitudine tentauit, cum enim Saluatorem post quadraginta dierum spatium esurientem cereret, longo cum illo disceptauit tempore, variisque modis exagitauit, ac tandem aliud eidem non obtulit, quam saxa & lapides. Satan inhumanus non nisi lapides, & Christum misericors panes offert, & exitum edit miraculum. *Misericordia namq; mira;*

Rebecca prudentia.

Job. 4.

Matth. 4.

miraculorum mater est, deque futuris, id est supernaturalibus, apte diiudicat.

Quod Biblico exemplo reddam manifestius. Eleeser seruatorum Abrahamæ veterimus, è Rebecca benignitate, qua sibi camelisque suis potum dederat, augurabatur, illam Isaac, vnigeniti Abrahamæ vxorem futuram, & liberalem simul & fecundam fore: miserat quippe illum Abraham, vt filio dignam & parem vxorem inquireret, iuramentoque eum adegerat, vt honestis præditam moribus, quæque familiæ heri sui decori foret & ornamento, seligeret. Quamobrem ille anxius ac sollicitus, vbi Deo rem precibus commendasset, ad fontem accessit, in quo filiarum regionis pecora adaquabant, & secum statuit, ex omnibus illam seligere, quæ vbi dixisset, *Inc in a hydriam tuam et bibam*; mox responsura esset, *Bibe, quin et camelis tuis dabo potum*: Procopius Gazæus locum hunc enucleatius examinans, interrogat, vndenam & quomodo Eleeser hocce signo, velut euidenti & manifesto, coniecturaque certissima, colligere poterat; solam illam inter Mesopotamiæ filias in sponsam Isaac seligendam, quæ sibi camelisque potum daret? Rationem subnectit, eamque admirabilem, atque seruum hac secum ratiocinatione vsus: Necessè est, Isaac vxorem quærere fecundam ac plurimorum liberorum matrem: nihil quippe aliud herum mouit; ad filio vxorem quærendam, vt coram mihi abeunti confessus est, quam promissio illa Dei, *Semini tuo dabo terram hanc*; Porro vt semen succedat, quod terram hanc hereditate possideat, fecundam & non sterilem filius vxorem opus est nanciscatur. Nullum porro fecunditatis filiarum quam inuestigo, signum & argumentum certius haberi potest, quam si liberalis est, tam erga homines quam iumenta. Vnde eam autem misericordiam & in pauperes benignitatem fecunditatis signum esse, collegit? responderet idem qui supra Procopius, atque seruum ratiocinatum; Dominus meus Abraham senex iam erat & decrepitus, & ætatis ad generandum ineptæ; Sara quoque Domini natura sterilis erat & effæta; adeo vt communi hominum iudicio fieri non posse vi-

debat, hæredem nasci, tamèn, quod munifici in pauperes essent, & in peregrinis recipiendis assidui, filium à Domino impetrarunt, cui modo vxorem quæro; quem herosuo, quos excepit, peregrini olim nasciturum promiserat. Si eleemosyna igitur & benignitas mulieres fecundet; illa proculdubio Isaac conueniet quam hæce videro virtute insignitam.

Quin & alia virtus hæce miracula patrat: vitam namque prolongare & in multos annos solet extendere. Reperunt enim Hebræi, & cum ijs Catholici nonnulli, Melchisedechum eum ipsum fuisse, quem alij Sem Noachi filium dicunt, atque hunc Abrahamo post victoriam de quinque regibus relatum domum redeunti, panem & vinum in sacrificium obtulisse. Tradunt autem Hebræi in libro Misdrasteillio, in Psalmum 36. commentando, Melchisedechum ab Abrahamo aliquando interrogatum, quomodo cum patre, interea dum diluuium defauiret, in arca fuisset commoratus; & quomodo deinde egressus, tot sæculis vixerit, & tam feliciter vitam sine vlla prorsus ægritudine traduxerit; vnico verbo respondisse, *Credac*, id est, Eleemosynæ virtute quam diluuij tempore in arca declarauerat: Abrahamum deinde subintulisse, in quos misericordiam declararit, cum non nisi octo animæ, & eiusdem omnes familiæ, in arca fuerint. Senem vero respondisse, in bestias, singulis quod indies ad vitam necessarium erat & velut diarium distribuendo. Abrahamum autem iterum admiratum adiunxisse, si tanta Deus mercede eos compenlat, qui bestijs opulantur; quanto maiori ampliori que beneficio remuneraturus est eos, qui erga homines se benignos & clementes demonstrauerint? Hæc è Faustini Tassi commentariis deprompta. Christus quoque ob misericordiam hodie diuinum hoc edit miraculum.

*Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia.* Hoc vestram diffidentiam culpat, Apocstoli. Quid enim cogitabatis, cum paucis ab hinc horis increduli dicebatis, *Vnde illos quis poterit hic saturare panib. in solitudine*: Mirum profecto, discipulos, Christi quidè potentiã

& vix-

Faust. Tass.  
serm. 4. ad  
Hebræos.

VII.

Gen. 14.

Procopij  
expositio

Eleeser ser-  
uatorum ratiocina-  
tio.

Luc. 9. & virtutem perspectam habuisse, cum alijs  
damnum illatum vellent, vt quando ignem  
in Samaritanos illum emittere posse cogno-  
uerunt, & vt fieret, postularunt, *Vt dica-  
mus, vt descendat ignis de celo & comburat il-  
los: verum vt in alios benignum sese osten-  
dat, miseris benefaciat, vires ei credunt &  
virtutem deesse. In quo verum mundanum  
typum expressere, qui ad scelera patranda po-  
tentissimos se credunt, ad lusui vacandum,  
ineptendum, lasciuendum, numeros pro-  
fundendos, ditissimos; ad vindictam de ini-  
micis capiendam fortissimos; ad nefaria &  
vafa consilia molimina; excogitanda, co-  
lertissimos; ad concertandum, audacissimos;  
verum vbi virtutis alicuius exercenda; elec-  
mosynæ eroganda; ieiunii seruandi occasio  
occurrit, nec animum nec vires habere se  
preferunt. Iusti vero omnia quæ ad virtutem  
spectant, facile se ad exitum perducere posse  
sperant, credentes nihil sibi esse impossibile:  
audite vt eorum vnus de se potentiaque sua  
amplissimum ferat testimonium; *Omnia pos-  
sum in eo qui me confortat; & in genere de o-  
mnibus Iaias, Qui sperant in Domino, muta-  
bunt fortitudinem, ex fœmīinis & pusillani-  
mis masculi fient & generosi; ex segnibus &  
inertibus Theritis, Cæsarei mox & Her-  
culei reddentur: Assument pennas; vt aquile  
volabunt; & non deficient; current; & non la-  
borabunt: Ostendit hic igitur ad oculum  
Dominus, omnia se posse quamuis discipu-  
li diffidant. Turbæ porro masculum & in-  
fractum animum preferunt, cum nulla com-  
meatus habita ratione; & de victu ne hilum  
solicita; summo cum vitæ amittendæ di-  
scrimine, illum sequuntur. Notari igitur  
dignissimum est, turbas illas triduana con-  
fectas inedia, Christum tamen sequi, eius  
vt verba audiant. Quas hodierni Christia-  
ni non imitantur, qui non nisi pleno & dis-  
tento ventre templa adeunt conciones audi-  
ruri, aut potius somno indulturi. Saul cum  
à filiabus quibusdam petisset, *Num hic est  
videns? quamprimum responderunt, Hic  
est, hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrifi-  
cium est hodie populi in excelsu; ingredientes e-  
nim statim inuenietis eum antequam ascendat  
excelsum ad vscendum, neque enim comestu-***

rus est populus donec ille veniat. Aduertite  
obsecro, quomodo populus ille Hebræus  
tadio non afficiatur, eatenus ieiunium ex-  
tendens, donec sacrificijs finis esse impos-  
tus.  
Fidelis ille Abrakæ seruus Elecser, quam-  
uis ex itinere labore ac molestia defatigatus  
esset, non prius ramen comedere voluit  
quam quæ in mandatis acceperat, suamque  
legationem exposuisset. *Non comedam; in-  
quit, nisi loquar sermones meos: in quo magnum  
ia mandatis heri exponendis & negotijs ex-  
ecutioni mandandis ardorem diligentiamque  
demonstrauit. At hodierna die promta  
illa & sedula in diuinorum mandatorum  
executione diligentia exulat à Christianis,  
& vix vllus diuinæ obsequitur voluntati: sed  
etiamsi saturati sint, murmurabunt Turbæ  
autem maiorem diligentiam præferunt, &  
ardentiori erga Deum zelo feruntur, triduo-  
que magnum illum concionatorem, de  
commeatu nihil anxie sequuntur; longe  
secus quam filij Israel, qui quamuis cœlesti  
manna pascerebantur, aduersus Moysen in  
deserto tamen conspirarunt, & ad alia & ce-  
pas Egyptias anhelantes sibi mutuo dice-  
bant, *Constituamus nobis duces, & reuertamur  
in Egyptum. Hi porro solam pietatem  
spirant, non culinam, solum Dei verbum au-  
dite satagunt; & non nisi triduo exacto, vt  
Chrysostomus optime notauit, refecti sunt:  
expectat siquidem Dominus, donec om-  
nis commeatus illorum defecisset, vt om-  
ni humano auxilio destitutis, potentiam  
sua declararet, huncque defectum, velut  
summus naturæ magister & Dominus, sup-  
pleret.  
Ut vos igitur, Auditores, ad misericor-  
diam, Christi que Domini imitatio em ex-  
citem, iisdem vos verbis, quibus olim Sa-  
muel Prophetapopulum Israheliticum, com-  
pellabo, *Nolite recedere à tergo Domini & no-  
lite declinare post bona, qua non proderunt vo-  
bis. Dicite itaque cum Patriarcha Iacob  
Deo ob collata beneficia grates agente, *Deus  
in cuius conspectu ambulauerunt patres mei,  
Deus qui pascit me ab adolescentia mea, & que  
in presentem diem. Idem enim ipse est, qui  
iam inde ab incunabulis nos enutrit, à  
quo****

Impij in malo se for-  
tes existi-  
mant, in  
bono debi-  
les.

Philip. 4.

Isai. 40.

Notatio  
egregia.

Affectus  
Elecseris  
erga hebræos  
Gen. 24.

Num. 14.

1. Reg. 17.



quo totus orbis velut cliens dependet, qui omnes omnino creaturas pascit, & exinimum hocce miraculum hodie edit; huic igitur immortalis agite gratias, laudum preconia cantate, eumque nullo non tempore admiremini.

Quod sane est longe æquissimum, omnipotens & summe Deus, pater misericordiarum, ac totius mundi pastor & nutritor, pater familias amplissime, qui quotquot tuo se manciparunt obsequio, lautissime excipere soles & reficere. Quod hodie etiam reipsa & miraculo singulari abunde testatum fecisti, quatuor hominum millia in deserto, postquã triduo te magno labore & sudore secuti essent, pascens; in quo ad oculum demonstrasti, quibus vti soles rationibus, in animabus fidelium interea dum hac in vita agunt, custodiendis, conseruandis, dirigendis, saltem saccharo, afflictiones consolationibus, lætis aduersa permiscendo, ne forte illis & animus deficiat & robur internum. Solent nutritrices, quo alumnos ablaſtent; absinthium aut aliam quandam amaritudinem mamillis applicare; non aliter & tu animarum nostrarum nutritie; molestias siquidem, labores, difficultatum amaritudinem, voluptatibus vitæ huius permisceas, vt ijs relictis ad cœlestia aspiremus; & tandem, postquam te in deserto pœnitentiæ triduo, id est, in iuuentute, ætate virili & senectute, quæ tres quodammodo vitæ huius dies sunt; vel contritione, confessione ac satisfactione quæ triplex ad salutem comparanda dies est, secuti fuerimus, miraculose pane illo cœlesti, quo animæ reficiuntur Beatorum, diuina tua inquam essentia, summaque animarum beatitudine, pasci & refici mereamur. Cuius omnes nos participes reddant, Pater ingenuus, Filius vnigenitus, & paracletus Spiritus, Amen.

### DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

#### Partitio.

1. De salutis merito eamque consequendi remedio.
2. De Pseudoprophetarum generibus.  
Tom. 2. Pars Æstiuæ.

3. De Hæreticorum imposturis.
4. De lupis.
5. De Arbore.
6. De fructibus arboris.

Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Matth. 7.

#### FIGURA.

**N**efarius Syria rex Antiochus Ierosolymam vnum à ducibus Apollonium nomine cum exercitu misit, vt magnam in Iudæos crudelitatem exerceret, omnes videlicet arma gestare valentes & masculini roboris, gladio vindice interficeret, & interuentione deleret; inutilem vero turbam, mulieres inquam & paruulos, in mancipia per vicinas circumcirca prouincias diuenderet. Cum itaque Ierosolymam venisset, regia in voluntatem non aperuit, nec quid animo concepisset, detexit, vt amicum se, & pacifice venisse iactat, ingressus obuios quoque amice compellat, dissimulat rancorem, ouemque se fingit extrinsecus, cum intrinsecus lupinam rabiem foueret: quin & cum sabbathum esset, quod Iudæis sacrum erat & venerandum, quo omnes relicto opere manuario templum perebant, precibus & sacrificijs operam daturi, ipse quoque sabbatha se colere simulauit: at templum ingressus conceptam animo barbariem feritatemque belluinam, amplius simulare non valens, inimicum se ostendit, & suis dato stringendi ferrum signo, inque miseros Iudæos, prout statuerat, sauiendi magnam tum in templo, tum per plateas stragem edidit. Non enim vim vi, propter sabbathi religionem, Iudæi propulsabant; tum quod nec ferrum in loco sacro stringere audebant, tum vero quod nihil minus præcogitassent, & ad defensionem essent imparati: neque enim vt lupum saururum credebant, vt ouem hactenus sese gesserat, atque ira iniuriam pati & mortem subire cogebantur. Ne simile quid nobis accidat, Auditores, præmonet hocce in Euangelio Christus: Attendite, inquit, & omne.

Simile.

Apollonij  
simulatio.